Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Deuteronomij

102

eorum in sempiternum / Vade et
dic eis / Revertimini in tentoria
vestra / tu vero hic sta mecum / et
loquar tibi omnia mandata et
ceremonias atque iudicia / quæ
docebis eos et facient ea / in
terra quam dabo eis in possessionem /
Custodite igitur et facite quæ
præcepit dominus deus vobis / Non
declinabitis neque ad dexteram
neque ad sinistram / sed per viam
quam præcepit dominus deus vester
ambulabitis / ut vivatis et
bene sit vobis / et prolongetis dies
in terra possessionis vestræ / Ca

Hæc ergo sunt præcepta et ceremo
nie atque iudicia / quæ mandavit
dominus deus vester / ut docerem
vos / ut faciatis ea in terra ad
quam transgredimini possidenda /
ut timeas dominum deum tuum / et
custodias / omnia mandata et præ
cepta eius / quæ ego præcipio
tibi / et filius ac nepotes tui /
cunctis diebus vitæ tuæ / ut per
longetis dies tui / Audi israel
et obserua / ut facias et bene
sit tibi / multiplicemini amplius /
sicut pollicitus est dominus deus
tuus patrum tuorum tibi terram lacte
et melle manantem / Audi
israel / Dominus deus noster deus
unus est / Diliges dominum deum
tuum ex toto corde tuo / et ex
tota anima tua / et ex tota for
titudine tua / Erunt verba
hæc / quæ ego præcipio tibi ho
die in corde tuo / et narrabis
ea filiis tuis / et meditaberis /
sedens in domo tua / et am
bulans in itinere / dormiens
atque consurgens / et ligabis ea
quasi signum in manu tua / erunt
et mouebunt inter oculos tuos /
Scribesque ea in limine et ostiis
domus tuæ / Cumque introduxerit
te dominus deus tuus in terram per quam
iurauit patribus tuis / Abraham
isaac et iacob / et dederit ti
bi ciuitates magnas et optimas /
quas non ædificasti / domos
plenas cunctis opibus / quas non
extruxisti / cisternas quas non
fodisti / vineta et oliueta quæ
non plantasti / et comederis et
saturatus fueris / Cauete diligenter
ne obliuiscaris dominum / qui e
duxit te de terra egypti de do
mo seruitutis / Dominum deum tuum
timebis / et ipsi soli seruies / ac
per nomen eius non iurabis / Non
ibitis post deos alienos cun
ctarum gentium / quæ in circuitu v
estro sunt / quoniam deus emula
tor dominus deus tuus in medio
tui / Ne quando irascatur furor
domini dei tui / super te et auferat
te de superficie terræ / Non ten
tabis dominum deum tuum / sicut temp
tasti in loco tentationis / Cus
todi præcepta domini dei tui / ac
testimonia et ceremonias quas
præcepit tibi et fac / quod pla
citum est ei / et bonum in conspectu
domini / et bene sit tibi / et ingre
ssus possideas terram optimam /
de qua iurauit dominus patribus
tuis / ut deleret omnes inimicos
tuos coram te sicut locutus est /
Cum interrogauerit te filius tuus
cras dicens / quid sibi volunt
testimonia hæc et ceremonie
atque iudicia / quæ præcepit dominus
deus noster nobis dices ei / Ser
ui eramus pharaonis in egypto /
et eduxit nos dominus de egip
to / in manu forti / fecitque signa